



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

3 de Obligationibus, & ita de distinctionibus conventionum generalibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

sequi ex negotiis hominum & conuictu potest, quam confusio, societas plusquam serina, diffidentia, infideliæ, cædes, & perpetuum inter homines bellum: tantæ namque est auctoritatis fides, ut etiam scædera cum hostibus iungat, & amicos faciat: non alia ratione, quam quod iure gentium receptum sit, cum hostibus pacta facta valere, *l. conuentionum, §. de pact. in P.* pacta hosti seruanda, *l. de constituta pecunia, lib. 13. P. tit. 3.* & malis hominibus priuatis, nisi detrimenti patiatur inde res publica, vel iura repugnet, *l. bona fides, deposit. in P. ca. in multis, 22. q. 4.* Quæ persequitur Cicero, dum etiam celebre illud exemplum Atilii Reguli refert, qui ne fidem pœnis datam violaret, elegit potius ad supplicium redire, *Cicero, in 1. & 3. Offi. §. Nostri* † quoque pactum a pace dictum autumant, *ex o. i. de pa. apud Gregor.* & propter utilitatem promissui vsus conuentiones seruari, *Paul. l. si quis mancipiis, 17. §. si impubes, de institor. act. lib. 14. P.* Accedit, quod & in fide seruanda vinculum religionis, ne mendacium committatur vel deceptio, contemplerur, in quibus delictum animaduersione dignum versatur, *can. batus, can. primum, can. nec artificiosus, can. omnia, 12. q. 2. Sæuis*, inquit Phormutus, *ἢ τὸ ἐν πίστει καὶ ἐν ἀληθείᾳ ἢ ἐν ἀδελφείᾳ καὶ ἐν ἀγαθῇ πίστει.* Id est, *Thomæ* est, cuius præsidio & contractus facimus & obseruamus, *P. bornunus, lib. creci. deor. C. neci τὸν ἀγαθὸν δὲ πῶν μὲν ὄν.* Et Græci voluerunt religione potius, quam veritate fidem esse constrictam, *Cicero pro Cornel. Balbo. §. Proinde* † Aristoteles curam esse debere magistratibus, de contractibus priuatis, tradit, *Aristotel. 6. Polit. cap. 2.* Et Plato, *si quis*, inquit, non videatur pacta seruasse, nisi lex, aut decretum prohibeat, aut necessitas, aut vis illata coegerit, aut inopinatus casus inuaserit, detrimentum, non seruati patris causam in aliis, tribuum iudices cognoscant, nisi vicini prius, aut arbitri reconciliauerint, *Plato lib. 11. de Legib.* Gellius legem illam sequissimam de laniandis de bitoribus 12. tabularum, inductam fuisse censet, ob fidei promissæ firmitatem; quia populus Romanus tara publice, quam priuatim, fidem coluerit, sanctamque haberit, *Gellius. lib. 20. cap. 1.* Sic enim vt dicebat Theodoricus Gothorum rex, Fausto præposito scribens. *Castidor. lib. 2. variar. epistol. §. solus metus retinet quos fides promissa non retinet, Silius Italicus, lib. 13.*

*Vox occulta subit passim diffusa per aures:
Fœdera mortales scæno ne rumpitis ferro:
Sed castam seruate fidem: fulgentibus ostro
Hac potior regnis dubio, qui frangere verum
Gauderet pacta, ac tenues spes linquet amici:
Non illi domus aut coniunx, aut vna manabit:
Nunquam expertus lacrimas, æget aqore semper,
Actellus premens, æget agrum nolite disq,
Despecta ac violata fides.*

Fides igitur post consensum interuenit conuentionum, & vt cum Speusippo dicam, fides approbationem & consensum sequitur, *Speusippo dicam, fides approbationem & consensum sequitur, Speusippo dicam, fides approbationem & consensum sequitur, Speusippo dicam, fides approbationem & consensum sequitur.* Et sic dicimus fidem accommodari vel interponi, *l. ex facto, 43. §. fin. de vul. l. in si audem legum, 10. de his quibus vt indig. P. l. penult. si quis in fraudem patron. §. l. 13. §. cum auctore, de iur. fisci, in P. l. 15. ad municipal. P. Vipsian. Epitom. tit. 27.* Et in hac fide obligationum versatur maxime substantia: nam conuentiones id non agunt, vt res tunc consequamur cum cõuenimur, sed vt obstringamus aliquem ad dandum vel faciendum postea, *L. obligationum substantia, de actio. in P.* Hinc cum fidem suam obstringere, id est, vinculum obligationis suscipere, *l. procurator qui pro, 67. de procurator. in P.* Hac ratione in efficacibus conuentionibus fides præcedit, vinculum sequitur.

† Ratione † fidei datae & receptæ in placitis conuentionum, creditores dicuntur, qui credunt & confidunt in promissione alterius; & debitorum, qui ex ea promissione & fide debent, *l. debitor, 108. de verb. sign. l. cum amplius, §. is natura, de reg. iur. in P.* Ita creditores dicuntur, quibus ex quacunque causa debetur, *l. creditore, 10. de creditorum appellations, 11. de verbo. sign. l. si cui, l. 1. eod. §. fin. de fideiussor. in aut. h. vt reum quoque crediturum tractatio & inscriptio, omnes contractus, quos alienam fidem secuti, in iuribus, complectitur: nam vt Celsus ait, credendi generalis est appellatio, *l. de re. credi. in P.* Obseruamus autem, vt fides quæ conuentionibus datur, sit bona, vt monuimus paulo ante, *l. bonam fidem. C. de alt. cum in malis promissis rescindenda sit fides, l. bona fides, deposit. in P. ca. in malis, 32. q. 4.* Cum nec directo fieri possit pacto, ne quis de dolo teneatur, *l. si vnus, §. illud, de pact. P.* cum pacta bonis moribus, & bonæ fidei aduersantia, reiciantur, *l. si vngentium, §. pacta qua contra, & l. contra iuris ciuili, de pactis in**

P. l. pactis qua contra, C. eod. Nam vt ait apud Senecam nutrit ad Deyaniram, *Seneca, in tragedia Hercules Oetes.*

*Præstare fideor posse me iactans fidem,
Si scelere carear: interim scelus est fides.*

De Obligationibus, & ita de distinctionibus conuentionum generalibus,

Cap. 3.

- 1 Obligatio ex fide conuentionum, ad rem consequendam.
- 2 Minus est habere actionem, quam rem.
- 3 Fides pactiois, & fides consensu quid.
- 4 Obligatio quid.
- 5 Obligationum origo, & species, nec temere fidendum.
- 6 De obligatione naturali, & eius diuisione.
- 7 Pacta nuda naturalis vinculo, & diuino, & pontificio firma esse.
- 8 Ciuili obligatio tantum qua, & prætoria.
- 9 Ciuili & naturalis obligatio simul que.
- 10 Iuris ciuili vinculum & solemnitas, per fidorum hominum testimonia.
- 11 Iuris honorarij obligationes.
- 12 Obligationum alia diuisio, & ex conceptionis formula diuisio.
- 13 Obligationum alia diuisio, ab origine a qua pendet, & de meliōdo examinandorum.

† Conuentionibus fide firmatis, seu ex contractu, nascitur obligatio, *l. 2. mandat. in P.* & vinculum, quod fidem conferuat, ne effluat: non enim præsens est translatio rerum, vel factum quod in fidem venit; quia id traditionibus & vfucapionibus consequimur, *l. traditionibus, C. de pac. sed futurum aliquid speramus, l. obligationum substantia, de actio. in P. l. quoties, 15. de rei vin. C. lib. 3. tit. 32.* Et dant obligationes ius ad rem, non in re, cum tamen dominium sic in re, secundum Baldum, in *Lerror, ad leg. Falci.* vnde minus est habere actionem, quam rem, apud Pomponium, *l. minus est, 205. de reg. iur.* Et longe commode ius est possidere, quam alio possidente petere, *Caus. l. is qui destinatus, 15. de rei vindic. lib. 6. P. tit. 1. §. commōdum, & §. retinenda, de interdict. apud Iustin.* † Quamquam † qui actionem habet ad rem recuperandam, & rem habere videatur, *Paul. l. qui actionem, 25. de reg. iur. P. l. 10. in l. si quis vi, 17. de acqui. possess. lib. 41. P. tit. 2.* verum minus ad hoc, quia multa cadere possunt inter calicem supremæque labra, quibus eripiantur res, & inanes sint actiones: vt quia res duobus vendita, secundo tradita, *dicta l. quoties, de rei vin. C. vel debitor destituitur facultatibus, l. nam is, de dolo, in P.* & sic de similibus. † Nam † perfectus quidem ab initio dicitur contractus, sed executio desideratur, *l. is qui sub conditione, de actio. in P.* & ipsa ad initium referenda est, *l. si procuratorem, 8. manda. lib. 17. P. tit. 1.* Et hinc duō differentiam capiunt, fides consensus, & fides pactiois: nam conuentionio, ubi fides consensus tantum, perfecta est: quia tantum exigit executionem: at fides pactiois imperfectam, & incipientiam habet causam: veluti si quis fidem fecerit pactiois de aliqua vxore ducenda, & aliam postea duxerit, cum secunda potest remanere, vt nondum priore peracta promissione: diuersum si cum priore fecerit fidem consensus, ad quam redire cogitur, *cap. 1. de sponsa. duorum, lib. 4. Decretal. tit. 4.* Sed hæc omnia apertius docebit definitio.

† Obligatio, inquit Iustinianus, *§. 1. de oblig. lib. 3. Instit. tit. 14. est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius soluendæ rei, secundum nostræ ciuitatis iura.* In qua tamen finitione, postrema verba, secundum nostræ ciuitatis iura, indicant obligationes definitas, quæ habuerunt vinculum & robur a legibus iuris ciuili: easque efficaces tantum conuentiones, quæ vinculum & firmamentum a iure Romano acceperunt, in aliis, nullam necessitatem solutionis vel coactionis admittens. † Quæ † vt intelligamus, oportet præteritum est, de vinculis exsoluendæ fidei, id est, de membris obligationis conuentionum annotare, quæ a iure naturali, gentium, diuino pontificio, ciuili, prætorio, & auctoritate simul horum pendunt, *meminit de naturali, ciuili honoraria, l. 1. §. 1. de venatio. in P.* Præcis quidem temporibus, fides sola sufficiens visum est vinculum ad cõfirmandas conuentiones: succedente tamen malitia, nimia fide cõceptæ innocentia periclitari, & perfidia promissiones facile elidebantur, & experientia illud in rebus docuit, nervos atque artus esse sapientiæ, non temere credere, vt ait Cicero, *de petis. consular. & epistoliarum ad Atticum lib. 1. epist. 14.* Celebratur enim illud d. Euta Epicharmi, *væq, xpi iurata dicitur*

solus esto, & memento nulli fidere. Quod exemplis illustrat exime Dion Pealzus, proprio sermone, nec nisi a dicitur. Nulquam enim tuta fides, Virgilius, 4. Enneid. Nec fidendum filiis hominum, canit David, Psal. 145. vide plura de his, lib. nostrarum Syn-taxon 39. c. 16.

Et tarda solet magnis fides inesse rebus. Ovid epist. 16. Helene. Nam rata fides ubi iam melior fortuna ruit. &c.

Quamobrem operæpretium fuit, obuiam iri machinis & fraudibus hominum, & iniici vinculum aliquod auctoritate publica placitis non tamen omnibus, sed aliquibus. Hincque manarunt, a diuersa videlicet statuendum qualitate, diuersæ obligationum appellaciones, naturalibus admittis, approbatis, iuuatis. Ideo constituimus in conuentionibus iustis & pactis omnibus obligationem esse naturalem. ¶ Omnis enim promissio, quæ in qua non est, habet vinculum naturale, quod iubet ex solui promissum, naturale videlicet æquitatem, Seneca, in tragedia Herculis Oetei. Nec naturales obligationes eo solo æstimantur, quæ in qua non est, eo nomine competat, verum etiam eo quod soluta pecunia repeti non possit, l. i. de pact. in P. non minorem, de transact. Et is natura debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus, l. naturales, 9. de action. in P. lib. 44. tit. 7. l. heres a debitor, §. sermo, & l. fideiussor obligari, 17. §. fideiussor accipi, de fideiuss. in P. Ceterum latius naturalis obligatio patet, quam pacti tractatio. Obligaciones naturales, aliquando solum vinculum naturale habent, id est, alio vinculo & iure non iuuantur, & tunc ab solute naturalis dicuntur: interdum aliud accipiunt vinculum vel iuris gentium, vel alterius. Simplex naturalis obligatio est, qua ad antidoron, seu retributionem beneficiorum acceptorum, tenemur, l. cum amplius, 85. §. fin. de regu. iur. in P. Et hæc sine factio expresse nascitur. Alia naturalis ex pacto vel promissione, ea iure gentium quoque habens approbationem, dum accedit aliud vinculum fidei depa-ctæ. Et, vt diximus, nihil magis æquitate conueniens visum est, quæ ea, quæ inter aliquos placuerint seruari, l. sed et si lege, §. consilium, de petit. hered. P. l. Avilius, de donat. in P. l. si pignore, de ser. in P. Et pacti ius naturalibus obligationibus etiam sine alio iuris ciuilibus administrato, receptum est, vt etiam vinculo solo æquitas sustineantur, & contraria æquitas solutione tollantur, l. i. de pact. in P. l. fratris, l. non minorem, C. de transact. cum similibus. Has ciuilibus ratio non impedit, quin nascantur: quæuis ea aliqua de causa illis non suffragetur, l. Sychum aut Pamphilum, 95. §. naturalis, de solutio. lib. 46. P. tit. 3. Sic serui naturaliter obligantur, & sibi alios obligant ex contractu; iure ciuili nequaquam, paucis exceptis, vt in l. frater a fratre, de condit. indeb. in P. Non tollit etiam naturales ciuilibus ratio, l. serui ex delictis, 13. vbi glo. de actio. in P. sed impedit ne ex illis

7 agatur interdum. ¶ Hanc ¶ naturalem obligationem ex nudo pacto fuerit diuini, & velut contra probatorem morum Christianæ religionis, in fida promissio arguitur. Et D. Paulus, l. eius, de capiti. dimittitur. in P. §. fin. de iure naturæ. §. fin. de legitima tutela apud Iulian. de iur. iud. est, pacta non seruantes, annuntiat inter capitaliter delinquentes: & iuris pontificis interpretat, inter mortali peccato obnoxios, D. Paul. ad Roma. cap. i. cum etiam iure pontificio ex pacto si se nudo, siue iniurato, detur actio, gl. in c. i. de pact. Et proinde hodie ex bono & æquo summasque potestate curiarum pro huiusmodi pacto iudicatur: eum ad harenam sit sanctiõnis ecclesiasticis, potissimum vbi de periculo animæ agitur, c. i. §. 3. de pact. apud Gregor. Et placuit aliquando etiam Modestino Iurifconsultum ad consentum sufficere obligationi, c. i. §. 2. de oper. noui nuntio. cum similibus.

8 ¶ Ciuilibus ¶ obligatio tantum, ea est, quæ a iure ciuili habet vim & vinculum præter naturale æquitatem: vt in literarum obligatione accidit, Modest. in l. obligamur, §. i. vers. penult. de actio. P. & aliis iure ciuilibus inductis, l. in contractibus, C. de non numer. pec. §. 1. de literarum oblig. qualis legis Aquiliae, §. omnium, de obligat. ap. Iust. de pauperie, §. 1. ad leg. Aquil. ap. Iust. furti non manifesti, l. si quadrup. pau. ex feci. dicit. P. &c. Aliæ species ciuilibus obligationis sunt, naturales iure ciuili approbatæ, §. sunt autem, de noxal. actio. in P. & prætoris, quia ius honorarium pars iuris ciuilibus est, §. ius autem gentium, de iur. nat. lex hoc iure, de iust. & iur. Sæpius ¶ obligatio ex ciuili & naturali vinculo composita est. & mixta, quando firmatur fides, & naturali & ciuili iustitia, l. prætorum, de iure naturæ. l. ius autem, §. prætorium, de iust. & iur. P. cuiusmodi sunt fere omnes contractus nominati, Modest. in l. scire oportet, §. consequens, vers. sufficit, de excusato. lib. 27. P. tit. 1. Concurruntque hæc duæ obligationes in vna conuentione, in eodem intervallo vt plerumque; sed non simul semper tolluntur: veluti, quando reus succedit fideiussori,

tollitur quidem fideiussoria ciuilibus, remanet tamen principalis & naturalis, l. iurifgentium, de pact. P. lex hoc iure, de iust. & iur. l. heres a debitor, 22. §. quod si hic seruum, de fideiuss. in P. Accedit aliquando ciuile vinculum & ciuilibus obligatio naturali iam natæ: veluti, si quis mutuo dederit pupillo sine tutoris auctoritate, nulla nascitur ciuilibus, sed tantum naturalis obligatio, l. pupillus, de condit. indeb. P. l. i. §. l. obligari, de auctoritate iuro. in P. §. i. eod. tit. ap. Iust. in verum si postea creditor pupillo succedat, adeunte eodem credito re in totum hereditatem, iure solutionis cedit ei hereditas, non solum in quantum pupillus ex mutuo factus est locupletior secundum ius commune, sed in solutum ex hereditate eius retinet debitum, & ita inanis antea obligatio, quod vinculum ciuile non adesset, aditione firmatur. Sicuti & mulier, quæ intercedens pro alio non obligatur ciuilibus ob beneficiū Velleiani, tamē dum succedit, pro eo, pro quo intercessit, tenetur creditori. Quæ duo exempla nos docuit Paulus, in l. Sychum aut Pamphilum, §. additio, de fideiussor. in P. ¶ Iuris ¶ ciuilibus auxilia & præsidia conuentionibus addita, nihil aliud sunt, quam perfidorum hominum leges, & malitiæ humane certissima testimonia, dum contrahentes adiungunt ad fidem seruandam, & testandam, quam natura & sponte colere oportuit. Quæ de re sic Seneca lib. 3. de beneficiis, conqueritur: Vitium, inquit, nulla stipulatio emorem venditori obligaret, nec pacta conuentus, impressis signis custodirentur: fides potius illa seruaret, & æquum colens animus. Sed necessaria optinuit præuulerunt, & cogere fidem, quam spectat in alium. Adhibentur ab utraq. parte testes, ille per tabulas plurius nomina interpositis parariis facit: ille non est interrogatio conuentus, nisi rem manu sua tenuit, o turpem humani generis & fraudis ac nequitia publica confessionem: anulus nostris plus, quam animis nostris creditur, &c.

¶ Ex iure honorario nascuntur obligations prætoris: sic enim Iulianus, in §. omnium autem, de obligatio. in Instituto. iur. ciuili. obligamur, §. i. de act. in P. omnium obligationum summam constituit, diuisionem in duo genera deducens, vt primum sunt aut ciuiles, aut prætoris. Ciuiles sunt, quæ legibus sunt constitutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ: prætoris, quæ prætor ex sua iurisdictione constituit, quæ etiam honorariæ vocantur. Sunt stipulationes prætoris, l. tot. tit. de prætoris stipul. quas multis rebus humanarum actionibus, & iudiciis adhibuit, & actiones forenses suis vinculis firmavit: vnde & nascuntur obligations prætoris. Porro in obligationibus, quæ iure ciuili vel prætorio firmantur, Papiniani regula sequenda, obligations quæ propriis viribus non consistunt, nec officio iudicis, neque prætoris imperio, neque legis potestate confirmari, l. obligations, 26. de act. in P. Obligari nos etiam iure honorario Modestinus ait, ex his, quæ edicto perpetuo vel magistratus, fieri præcipiuntur, vel fieri prohibentur, l. obligamur, aut re. §. i.

¶ Et ¶ istæ diuisiones obligationis, ad pactiones & conuentiones pertinent, & distinguuntur ab illis, quæ aliunde quam ex pacto, vel contractu nascuntur, de quib. in l. obligamur, §. i. de act. item a fictis & imaginatis contractibus, in quibus fides facti simulatur, non intercedente veritate, quæ vinculum iuris non obtinent, l. contractus, §. 3. de actio. in P. l. quod autem, §. l. si vxor, tot. tit. plus valere quod agit. C. Sunt rursus & diuersæ pactio-num obligations ratione conceptionis, aut causæ: aut enim diem habent, aut modum, aut conditionem, aut accessionem, l. obligationum fere, 43. de actio. vbi hæc explanantur, §. omnis stipulatio, cum §. seq. de verb. obl. Et conditio, aut possibilis, aut impossibilis, aut potestativa; aut præ sunt, quæ his carent. Subinde & istæ omnes, vel principales, vt emptio, venditio, locatio, &c. aut accessoriæ, vt fideiussio, &c. Est & quedam obligatio, quæ ab initio pura est, & tamen resolutur sub conditione: vt pactum de in diem additione, l. 2. de in diem additio lib. 18. P. tit. 2. & legis commissoria, l. 1. de lege commissor. lib. 18. P. tit. 3.

¶ Ratio ¶ ne ¶ quoque originis a rebus vnde ascendunt, vel quibus accedunt vincula iuris, obligations generaliter distinguuntur. Nam aliæ descendunt a contractibus, in l. i. de actio. P. §. pen. de oblig. apud Iust. in nominatis, id est, qui certum nomen habent, de quibus in l. iurifgentium, de pact. in P. vel ab innominatis, do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias, de quibus per totam, l. naturalis, de præscri. verb. in P. Aliæ ex facto alicuius natæ sunt, vt ex quasi contractu, tit. de obliga. que ex quas. contract. nascunt. ex delictis, tit. de obliga. que ex delicto nascunt. lex maleficis, de actio. P. l. i. eod. & quasi delictis, tit. de obliga. que ex quasi delict. nascunt. Rursum vinculum iniiciunt, certis & definitis modis concurrentibus, vel obligant nos & hæc, res, verba, separatum aut simul, lex, ius, honorarium, necessitas, factum, nudus consensus, & nutus, apud



